Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

13. Dies Septembris. Qui cibis abstinent, & mala agunt, dæmones imitantur, quibus culpa adest, & cibus abest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Visual Library

quàm præfata tradit teſſera, intelligendæ ſcien cam ſi fueris doctus, meritò tunc dixero cùm P

Plus probo theſaurum docti, quàm divitis a

13. DIES SEPTEMBRIS.

Qui cibis abſtinent, & mala agunt, dæmones im tur, quibus culpa adeſt, & cibus abeſt? *Iſidor* *per Amos Prophet.*

Abſti-nentia. I. ABſtinere à laude Abſtinen crimen eſſet injuſtitiæ; u te, quæ jure meritò eſt lau da, cùm de ſe benè me reddat laudabiles. Quid ſtudes ſaginæ? Ang expectant ad cœnam magnam in cœlis; quid gurgitas cùm pecudibus in terris? Qui ad opipa invitatus eſt epulum: domi non farciet ingeli bis ſtomachum. Invitatus eſt à magno illo R qui diſpoſuit tibi menſam, ad manducandum c ſte manna, in quo eſt omne delectamentum, te abjicis cum prodigo ad ſiliquas porcorum fæx vitarum, hæc vita, & remotiſſima ab anima tionis participe; quantò magis à ſpiritu Dei con te. Prima lex, quam Deus unquàm tulit, fuit ab nentiæ; ut per eam ſervaretur donum Innocen Tunc demùm, Adam exutus eſt veſte nuptiali orig nalis Juſtitiæ, dum violavit legem Abſtinen Quid Deo, & ventri? Quomodo Deus charum ha bebit eum, cui Deus venter eſt charus? Quomodo Divina Veritas in eo habitabit, qui amentiſſim idololatra eſt? Extrema fuit olim inſania hom num; inclinare genu iis, quæ facta fuerant ab h

mi-

nibus. Quæ ergò, & hæc inſania eſt; te inclinare
ngenu,ſed cor his,qui deſtruuntur,& te deſtruent
oribus & cibis?

II. Quomodo cum Deo epulaberis? quomo-
vitam cœleſtem ages, & volabis cum Deo ſuper
ennas ventorum, ad vitam immortalem, ſi gaudes
um rerum vitâ, quæ hærent terræ, & fixæ ſunt ra-
ibus ſuis ſolo, atque adeò ſemiſepulta? Nullius eſt
magis mortalis, quàm eorum, qui ventrem
rrant ingeſtis, & indigeſtis ferculis: Quid enim
deſt illotum ſtomachus, quàm mortuorum a-
alium tumulus? Illi igitur, ventricolæ, augent
m mortalitatem? impinguando, quod in ſe eſt
rtale, corpus, & corporis membra; extenuan-
, quod in illis eſt immortale, Animum, & Animi
ultates. Adam, violato jejunio, ſtatim factus eſt
rtalis: tu quotidie fis mortalior, dum ſaginaris
ribus. & avidè aleris mortis altilibus. Non vivis,
comedas; ſed vivis, ut moriaris; & comedis, ne
o moriaris: celerius mors venit nimio, & exquiſi-
cibo; cibus ſit tibi vitæ pharmacum, non mortis
icum. Hinc catè egit Pyrrhiniculus Vaſco: is per-
re iter faciens, cùm ad meritoriam tabernam ve-
iſſet, & appoſita eſſet cœna, omni ex parte olitoria,
um vino dilutiſſimo, omniaque adminiſtrarentur
quàm parciſſimè; finitâ cœnâ, juſſit ad ſe vocari Me-
icum, ad mercedem capiendam: Igitur caupo cùm
reſpondiſſet; ecquid, malum, in viculo maximè agre-
ſti Medicum requiris? Ibi ille: Num, ô bone, teip-
ſum ignoras? quò ſit igitur merces operæ ſuæ par,
Medici pretium accipe, non cauponis. Senſit fruga-
litatem, optimam hominis eſſe medicinam.

III. Peritiſſimi Medici pharmacum cuivis mor-
bo inediam porrigi jubent: nam oppletio, metropolis
eſt morborum, & præcipuus mortis ſatelles. Rara
ſanitas mentis, ubi eſt ſaturnitas ventris. Exiguo in vi-
ctu, exigua eſt voluptas, id eſt, malitia. Iſtud tamen
obſervandum in Abſtinentiâ ; ut ea ſit non tam
ciborum, ſed vitiorum. Parùm edere, & malè agere,
eſt actum agere; imò, eſt dæmonem exprimere: qui-
bus licet abſit eſca, adeſt culpa. Minor tamen eſt vi-
tiorum copia; ubi eſt major inopia ciború. Quod ne
gratis videar dixiſſe, confirmat hactenus dicta Chry-
ſologus: (a) *eſt jejunium, vitiorum mors, vita virtutum.*
Jejunium, pax corporis, membrorum decus, ornamentum
vitæ: eſt jejunium, robur mentium, vigor animorum.
Jejunium, caſtitatis murus, pudicitiæ propugnaculum,
vitas ſanctitatis. Cui & ſubſcribit D. Ambroſius: (b)
Abſtinentiã indicamus corpori, ut à vitiis magis ani-
mum abſtinere poſſimus. Frænum enim quoddam eſt
luxuriantis Animæ, corpus exhauſtum. Quiſquis autem
jejunat, & peccat, lucrum eſcarũ feciſſe videtur, non ſa-
lutis: & parcendo, copiis repleſſe cellarium, non mentem
ſaginaſſe virtutibus. Hoc eſt ſalutare jejunium, ut ſicut
abſtinet corpus ab epulis: ita & anima refrenetur à vi-
tiis. Obſigno hactenus dicta, uſitato Poematis pede:

Hic bene jejunat: qui ſe de crimine nudat.

14. DIES SEPTEMBRIS.

Vinum cum menſura emitur, & ſine menſura bibi-
tur? *Chryſologus ſerm.* 174.

Sobrietas. I. SIcut Abſtinentia in victu, ſic So-
brietas eſt Temperantia in potu.
Sit licet ſobrietas amans jejunii

[a] *Serm.* 8. [b] *Serm.* 31.